

FABVLARVM  
POETICARVM  
P. OVIDII META-  
MORPHOSI DESCRI-  
ptarum

INTERPRETATIO ETHI-  
ca Physica & Historica

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER XII.

FAB. I. ET II. NESCIUS ASSVMTIS &c.

De serpente in saxum, & cerva pro Iphi-  
genia supposita.

Per Occasionem narrantur transformationes & conver-  
siones rerum tempore belli Trojani factae: que, quoniam  
ex Homero plerique ad verbum translate sunt, id quoque utili-  
tatis adferunt, quod docent rationem transferendi Graecæ  
in Latinum. At fabula de serpente in Aulide passeres de-  
vorante, narratur ab Agamemnone apud Homerum se-  
cundo Iliados. Exstat etiam Latinis versibus elegantissi-  
me translata à M. T. Cicerone, De divinatione.

FLENTIBVS ANTE ARAM ] Iphigenia pro exer- Rex com-  
citu Græcorum à patre mactata, docet Rem publicam ita muneri  
charam esse regibus debere, ut si necessitas postulet, ipsi salutem  
communem populi salutem suæ suorumque vitæ anteponant. suæ ante-  
Exstat fabula apud Euripidem qua inscribitur Iphigenia ponat.  
in Aulide. Ipsa vero Iphigenia in cervam mutata finge-  
tur eo,